



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

482. An, & qualiter imponatur pensio super massa grossa, ac aliis redditibus communibus, qui dicitur inter eos, qui certis temporibus intersunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

iam super distributionibus, non attenditur, an sit præstitum servitium, vel secus; cum non attendatur servitium, sed simplex destinatio. *Lott. loc. cit. n. 34.*

2. Respondeo secundo: dum Papa reservat alicui fructus aut eorum partem loco pensionis, semper eos expressè distinguit à distributionibus quotidianis, eaque excipit in individuo. Proinde que in tali casu non est satis reservatorio agenti pro executione suæ gratiæ probare, existere tales vel tales redditus, nisi etiam justificet, eos non esse distributiones quotidianas, neque ad illas pertinere. *Lott. loc. cit. n. 35.*

3. Respondeo tertio: Quin etiam hodie dum nullo casu intelligitur reservata pensio in distributionibus, nisi hoc ipsum sit expressum, adeoque sub illis verbis positus in pensionis concessione: *super redditibus, proventibus, juribus & obventionibus universis*: non veniunt hodie dum distributiones quotidiana (quidquid in contrarium aliàs sentit Rota in *Toletan. pensio. 1565.* & in *Toletan. parochial. 29. Apr. 1592.* apud *Garc. p. 1. c. 5. nu. 282.* & *283.*) *Lott. loc. cit. n. 36.* *Castrop. de benef. d. 1. p. 11. §. 4. nu. 3.* *Garc. loc. cit. nu. 387.* ubi ait: *Dar aria & Cancellaria per illa verba non intelligit distributiones & incerta, ut intellexi Roma à quodam Notario Cancellaria, & constat &c. contra Boerium, decis. 224. n. 5. Gutt. conf. 8. à n. 4. Mand. cons. 35. n. 7. Abb. &c. apud Garc. n. 384.* visos sentire, quod per verba: *quibuscumque aliis redditibus*: comprehendantur distributiones quotidiana. Idque etiam, si omnia emolumenta seu redditus consistant in meris distributionibus quotidianis, siue eorum pars aliqua. *Lott. loc. cit. n. 36.* Tametsi, ut idem *Lott.* præmisserat *nu. 27.* in eo casu, dum omnes redditus consistunt in istis distributionibus, idem feratur de iis, quod de fructibus, iudicium, veniantque & censentur nomine fructuum, hanc interpretationem suadente subjecta materia. Ab ista tamen regula universali, quam statuunt *Azor. p. 2. l. 2. c. 8. q. 17.* *Castrop. loc. cit. Garc. p. 1. c. 5. nu. 386.* & alii passim: beneficia (etiam quorum prioribus proventus consistunt in distributionibus quotidianis, ut sunt ferè *Canonicatus Hispaniæ*, de iis enim loquitur *Castrop.*) non censentur gravari pensione ex clausula, qua pensionem imponit super redditibus, fructibus proventibus beneficii: excipiunt quidam eorum hunc casum, seu censent etiam pensione gravari distributiones, etiamsi id explicite non diceretur, dum nimirum absque eo id satis ex subjecta materia & Curia stylo constaret; ut, si in narratione dictum fuerat, beneficium 24. ducatorum valorem non excedere, & hoc non obstante imponatur pensio centum & amplius, abque dubio tunc censenda est imposita pensio in distributionibus, ne dicamus concessionem esse vanam & inutilem. Ita *Garc. loc. cit. n. 388.* *Azor. loc. cit.* *Castrop. loc. cit.* quamvis hic, postquam hanc exceptionem posuerat, expressè subjungit: *ut autem tota dubitatio tollatur, quoties Papa intendit distributiones has gravare, id exprimit hac clausula apposita: etiamsi in solis distributionibus, & non nisi presentibus & divinis officii interessentibus dari, & per eos lucrari consuevit.* Unde jam infero &

4. Respondeo quarto: juxta sententiam *Lott.* nempe, quod hodie dum, ut ait, in nullo casu, etiam dum omnes redditus consistunt in distributionibus, hæ non intelligantur gravari pensione, nisi id ipsum exprimat: *Canonicatus & dignitates non excedentes valorem 24. ducatorum spectatis,*

eorum propriè proventibus, excedentes tamen illum valorem spectatis quotidianis distributionibus, ad mille etiam ducatos ascendentes, non censeri gravari pensione, nisi id ipsum exprimat, nimirum pensionem imponi super istis distributionibus, pro quo etiam sentire videtur *Paris. l. 6. q. 2. n. 29.* ubi ait: *aliquando exprimitur præbenda valere 30. distributiones 100. & soler tunc concedi pensio 30. aut 50. & sic distributiones quotidiana computantur cum clausula; etiamsi in solis distributionibus.* &c. Secus videtur dicendum juxta dictam *Garcia & Azor* exceptionem, quod scilicet in dicto casu, saltem si narrato valore 24. ducatorum, adhuc constitutur in tali beneficio pensio, expressione alià opus non sit, subjecta materiâ satis suadente, esse tunc mentem Papæ gravandi has distributiones.

Questio 482. An, & qualiter imponatur pensio super massa grossa, ac aliis redditibus communibus, qui dividantur inter eos, qui certis temporibus interfunt?

Respondeo: de his pariter ac de aliis distributionibus quotidianis loquendum. *Paris. l. 6. q. 2. n. 32.* hoc est, quod sicuti in quotidianis distributionibus pro presentibus & servientibus jure antiquo non imponebatur pensio, jure tamen novo in iis imponitur pensio, dum in iis consistunt redditus beneficii; id tamen nunquam fieri intelligatur, nisi exprimat, ita etiam super massa illa grossa antiquitus non imponebatur pensio (cum esset universalis regula: quod ubicunque requireretur certum servitium, ad consequendos fructus, iis pensio non possit imponi. ut *Gamb. de post. leg. l. 6. n. 20.*) sed de jure & stylo novo, ita tamen, ut fieri id non censetur nisi exprimat. *Filliuc. in append. post. de stat. cler. tr. 4. 2. c. 5. q. 2.*

De quantitate & reductione pensionis.

Questio 483. An, & in qua quantitate constituenda pensio?

1. Respondeo ad primum: Pensio constituenda est (intellige, quod ad solutionem) in quantitate v. g. 100. vel 50. ducatorum, & non in quota v. g. in dimidia, tertia, vel quarta parte fructuum; ed quod hoc posterius videatur esse scindere beneficium, quod vetitum est *c. majoribus.* *Garc. p. 1. c. 5. n. 362.* citans *Gig. de pens. q. 8.* *Caccialup. eod. tr. q. 6.* *Rebuff. de pacif. post. n. 121.* *Alias 104.* *Gamb. de pot. leg. l. 6. n. 11.* & plures alios. Atque ita observat *Papa*, & habet stylus Curia, ut non nisi reservatio fructuum, aut pars illorum ex causa resignationis cum Cardinalibus admittatur. *Garc. loc. cit. n. 363.* Adeoque jam *Papæ* inferiores nullatenus valebunt pensionem in dicta quota imponere. *Garc. n. 364.* etsi subjungat: de cetero, inspecto jure communi, satis probabilem esse sententiam oppositam *Corassi de benef. p. 1. c. 4. n. 10.* & id quod ex constitutione quota non videatur dividi beneficium, quodque tunc propriè fiat, cum ex uno beneficio fiunt duo, pensio autem non sit beneficium, & ea morte pensionarii extinguitur.

2. Respondeo ad secundum primum: oportere pensionem moderatam esse, ita ut remaneat titulari seu rectori beneficii, unde is congruè sustentetur. *Garc. loc. cit. nu. 366.* citans *Caccial. de pens. q. 7.* *Gig. eod. tr. q. 4. n. 1.* *Corassi ubi ante. n. 7.* *Abb.*

in